

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp  
Aristoteles**

**Argentinae, 1535**

**VD16 A 3417**

Scholia capituli VI. de ideis

**urn:nbn:de:bsz:31-106587**

IN ETHICA ARIST.

lem. Quare quā aliās irridet Ideas, tum hic etiam  
 exagitat, significat improprie loqui Platonem, quā  
 unam quandam boni imaginem concipere iubet. At  
 nulla imago boni cōmunis substantijs & accidenti-  
 bus concipi potest. Non est communis imago hone-  
 storum & utilium. Irridet & hoc quod Plato dixit  
 interesse inter αὐτὸν οὐδὲν ὄντων, & αὐθροπῶν, quod  
 ille sic uolebat accipi, multum interesse inter nudam  
 & propriam rei cognitionem detractis circumstan-  
 tijs, & inter rem cognitam, qualis haeret ni circun-  
 stantijs. Longe alia res est fortitudo per se consyde-  
 rata, quā qualis est in Catone, ubi propemodum per-  
 tinacis similis est. Uolebat autem Plato in perfecta  
 cognitione nudam rem cerni, non qualis in hoc aut  
 illo sit. Sed Aristotelem uerborum nouitas offendit.  
 Nam omnes qui amant exile & propriū genus ora-  
 tionis, natura abhorrent e grandi & improprio.

Quod uero Plato totam Ideam complecti iubet  
 non hoc uult communem substantijs & accidentibus  
 esse Ideam. De uirtute loquitur, hanc totam iubet co-  
 gnoscere, & causas & pulchritudinem, hoc est, uim  
 eius consyderare, quia ad recte uiuendum neutiquā  
 satis est, nosse uulgares opiniones de moribus.

SCHOLIA CAPITIS VI.

**H**lc recenset quandam Pythagorae sententiā, qui  
 bonum dixit unū esse, malum uero multiplex

COMMENTARIA

hoc est, ut Aristoteles, ni fallor, in secundo Ethicorum interpretatur, bonum est, quod una simplici et certa ratione fit: malum uerò uarium est, nempe, quod à recto quoquo modo discrepat, sicut etiam dici solet, simplicem esse ueritatis orationem, quæ ab hac disident falsa sunt, etiam si sint inter se dissimilia, sicut in Musica certa quædam uox cõuenit, præter hanc qualiscunq; figuratur, siue grandis, siue exilis discrepat, iustum est suum cuiq; reddere, id simplex est & unum. Varie autem alteri suum eripitur aut ui publica aut furto, aut per calumniam, aut per alias imposturas, sic est ciuilitè accipienda sententia Pythagoræ. si quis autem querit interpretationem remotiorem, is nã intelligendo nihil intelligit.

Alias notitia.

Redit ad Ideas, & ostendit nec honestorum & uilium unam esse Ideam seu notitiam: sunt enim uaria bona illa, quæ una quadam cõmuni imagine seu definitione representari non possunt. Verum boni nomen cadit in multa, uel quia referantur ad bonum finem, sicut pecunia bona est, quia est instrumentũ uirtutis: uel similitudine sicut gloria, est enim opinio uirtutis. Postremo hanc disputationẽ grau quodam argumẽto concludit, Si Plato Ideam uocat quandam imaginem aliqua ex parte à natura effectam, & prorsus alienam à singularibus, quã ea non possit à nobis effici, certe nõ erit in ea collocanda fœlicitas.

Deinde

IN ETH

Deinde correctione  
omino absurdam  
negem, in quam  
us, quæ dirigit  
rini calculum,  
affirmari, quod  
bene concipiend  
hã prodest Me  
sã sanitatem  
curandã.

SCHO

Tandem  
fœlicitat  
re repetit sup  
plices esse fin  
ad ultimos fin  
nis est, id est, o  
præferatur, con  
silius præferẽ  
nesto & iusto  
nomen dicitur  
parcet enim qu  
sas esse. Deim  
Fœlicitas  
& perfectiss  
definitione m



IN ETHICA ARIST.

Deinde correctionem addit, Platonis sententiã non omnino absurdam uideri posse, quia proficit habere imaginem, in quam intuentes iudicemus quæ sint bona, & quæ dirigant actiones uelut exempla, sed retrahit calculum, sine necessaria ac certa ratione hoc affirmari, quod quædam perfecta imago seu notitia boni concipienda sit, aliena à singularibus, sicut nihil prodest Medico in genere scire, quid sit sanitas, sed sanitatem singulorum considerandam esse in curando.

SCHOLIA CAPITIS VII.

**T**andem peruenit Aristoteles ad definitionem felicitatis, sed priusquam hæc recitat suo more repetit superiores propositiones & admonet duplices esse fines, alios esse ultimos, alios esse gradus ad ultimos fines: felicitas autem ultimus quidem finis est, id est, omnium quæ expetit natura, cui si quid præfertur, contra naturam præfertur, ut quum Cyrus præferbat utilem, sed turpem seruitutem honesto & iusto bello. Postea docet idem significare nomen εὐδαιμονίας quod felicitas significat. Adparet enim quosdam nomine εὐδαιμονίας magis ufos esse. Deinde tradit definitionem.

Felicitas est actio hominis secundum optimam & perfectissimam uirtutem in uita perfecta. Hanc definitionem maxime oportet meminisse, fons est enim